



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Defensio Locorum S.
Scripturae. De Ecclesia Catholica, Et Eivs Pastore
Episcopo Romano, B. Petri, principis Apostolorum
successore, libri duo. Aduersus nugatorias ...**

Torres, Francisco de

Coloniae Agrippinae, 1580

VD16 ZV 18729

Capvt VII. De obseruatione Cyrilli Hierosolymitani, quod tunc primum
appellata est ecclesia illa Mosaica, cum Aaron factus est Pontifex,
quomodo eam Antonius temerè & non sine contemptu LXX. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-33634

De obseruatione Cyrilli Hierosolymitani, quod tunc primum appellata est ecclesia illa Mosaica, cum Aaron factus est Pontifex, quomodo eam Antonius temerè & non sine contemptu LXX. interpretum, & auctoritatis Apostolicæ reprehendat, & reprehendendo faueat Hebræis: & de epist. Orig. ad Africanum, De varia dispositione ecclesiæ diuersis ætatibus ad ecclesiæ substantiâ pertinente. Quomodo probet Antonius Ecclesiam Catholicam esse inuisibilem, & quam multis rationibus eius argumentatio captiosa redarguatur, & quomodo ecclesia catholica sit omnium ecclesiarum congregatio, & quod Antonius negat, & de duplici κατὰ ἴδιν, quod Antonius nesciuit discernere, & quam multis argumentis demonstretur, Ecclesiam Catholicam esse visibilem, & non inuisibilem, & de definitione Ecclesiæ, quam attulit Antonius.

» **P** Ergit Antonius, ex his quoq; sequitur Sophi-
 » stam Turrianum non leuiter errasse, cum in
 » initio libri sui dixit, Ecclesiã non prius fuisse,
 » quam Aaron Pontifex factus esset; atq; adeò
 » non fuisse prius appellatã ecclesiã ex c. 8. Leui-
 » tici; nec enim debuit hæere in Græco vocabulo, sed veni-
 » re ad autographon Hebraicum, & c: & paulò post, adeò vt
 » cum vellet Turrianus è portu soluere, in ipso portu nauẽ
 » fregisse videatur. Videamus vter nostrũ soluens è portu nauẽ fre-
 » gisse videatur, Antonius, an Turrianus. Ego non veni, vt tu dicis,
 » ad autographũ Hebraicũ, quia nec Hebraicè scio; neq; mihi hoc loco
 » Hebraicè scire opus erat. Obseruationem non meam, non enim sum
 » tanti ingenij, nec tantæ animaduersionis, & diligentiæ, sed Cyrilli
 » Archiepiscopi Hierosolymitani protuli, qui eruditissimas cate-
 » cheses xviij. scripsit, quas Beatus Hieronymus legit; & quæ ad-
 » huc Græcè extant, & iam sunt in Latinum sermonem transla-
 » tæ, & fortassis à te lectæ. existimabam, vt par erat, reuereri te
 » antiquitatem saltem tanti auctoris; sed illam, vt video, ne-
 » glexisti; & quod longe grauius est, auctoritatem sanctorum A-
 » postolorum repudiasti; & nesciens fortassis, ac nolens Iudeorum-
 » fau-

Quomodo
Antonius
vt calumni-
aretur, con-
tra auctori-
tatem san-
ctorũ Apo-
stolorũ in
inuidiam, &
contemptũ
LXX inter-
pretũ fau-
or Iudeorũ
extitit.

fautor, & adiutor exitisti. Existimabam, immò certus videbar mihi esse, non ignorare ministros, ac doctores Protestantium, quam diuina esset LXX. interpretū ex Hebraico translatio, praesertim cum pater eorū Martinus Lutherus nunquam ausus fuisset, quod ego sciā, eorum sacram & diuinam auctoritatem negare: itaq; hac spe, & existimatione mea fretus, notationem Cyrilli, de ecclesiae nominatione in Leuitico apud LXX. interpretes libenter produxi, quae obseruatio admirabilis, & tanto auctore digna, cum te quippe grauis, premeret, & exitum aliū non reperires, confugisti ad autographum Hebraicū, in quo portū tibi reperisse videbaris, cum alioqui naufragium faceres. Quod ipsum vt intelligas, recitabo hic pauca ex epistola Origenis longa, & eruditionis plenissima ad Iulium Africanum pro historia Susannae, quam falsis quibusdam argumentis negabat. Postquam dixit Origenes, qua diligentia, & studio vsus esset in notatione eorū, quae erant in Hebraico, & nō in Graeco LXX. adhibitis asteriscis, & eorum rursus, quae non erant in Hebraico, & erant apud LXX. adhibitis obeliscis, quid dicam, inquit, de Exodo, vbi de tabernaculo, de atrio, de arca, de vestibus Pontificis, &

Sacerdotum magna varietas, & differentia est? Et subiungit, recitabo Graece, quo magis credas, ὡρα τινῶν, εἰ μὴ λαοδάνει ἡμῶν τὰ τριακῶτα, ἀδειγμὴ τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς φερύδαξιν ἀντίγραφοις, καὶ νομοθετήσῃ τῇ ἀδελφότητι ἀποδέδωκεν μὲν τὰς παρ' αὐτοῖς ἐπιφερομένας ἱερὰς βίβλους, κολακίειν ἢ ἰουδαίους, καὶ πείθειν ἵνα μεταδώσιν ἡμῖν τῶν καθαρόων, καὶ μηδὲν πλάσμα ἐχόντων. ἀρα δὲ καὶ ἡ πρόνοια ἐν ἀγίαις γραφαῖς δέδωκεν ἀπάταις ταῖς χριστοῦ ἐκκλησιαστικαῖς δικαστορίαις, ὅτι ἐφρόνησε τῶν τιμῆς ἀγορασθέντων ὑπὲρ ὧν χριστὸς ἀπέθανεν, οὐ τοῦ οὐνοῦ ὅτι ἐφείσατο ὁ θεὸς ἠαγάσῃ, ἀλλ' ὡς ἡμεῖς ἀπάντων παρέδωκεν αὐτῶν, ἵνα σὺν αὐτῶν τὰ πάντα ἡμῖν χάρισηται, πρὸς τοῦτοις δὲ σκόπει, εἰ μὴ καλὸν μνησθῆναι τοῦ οὐ μὴ μεταθήσεις ὄρια αἰώνια, ἀέτησαν δὲ πρότεροι σου, καὶ ταῦτα ἤφημι, οὐχὶ ὀκνῶν τῶν ἱερῶν καὶ τὰς κατὰ ἰουδαίους γραφὰς, καὶ πάντα τὰς ἡμετέρας τῶν ἐπέων συγκρίνειν, καὶ ὁρᾶν τὰς ἐν αὐταῖς διαφορὰς. εἰ μὴ φορτικῶν γούμ ἐπιπέμῃ ἐπὶ πολὺ τῆτο, ὅση δύναμις, πεποιθήκαμεν, γυμνάζοντες αὐτῶν νοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐκδόσεσι, καὶ ταῖς διαφοραῖς αὐτῶν μετὰ τοῦ ποσῶς μάλλων ἀσκήσῃ τῶν ἑρμηνείων τῶν ἰβδομήκων, ἵνα μὴ π

χάρει

Ex epistola
eruditissi-
ma Origenis
ad Iulium
Africanum
pro historia
Susannae.

χαράσσειν δοκίμῳ τῆς ὑπο τῶν οὐρανῶν ἐκκλησίας, καὶ προφάσει διδά-
 μῳ τοῖς ζητήσιμ ἀφορμὰς ἐθέλουσι τοὺς ἐν μέσῳ συκοφάνειν, καὶ τῶν δια-
 φανομένων ἐν τῷ κοινῷ κατηγορεῖν, ἀσκηθεὶς δὲ μὴ ἀγνοεῖν καὶ τὰς παρ' ἐ-
 κείνοις, ἵνα καὶ πρὸς ἰσθμῶς διαλεγόμενοι μὴ προφέραμεν αὐτοῖς τὰ προ-
 κείμενα ἐν τοῖς ἀπηχοῦροις αὐτῶν, καὶ ἵνα συγχρησώμεθα τῆς φερομένοις,
 παρ' ἐκείνοις, καὶ ἐν τῆς ἡμετέροις οὐ κείται βιβλίῳ, τι αὐτῆς γὰρ οὐσῆς
 ἡμεῖς πρὸς αὐτὰς ἐν τῆς ζητήσεσι παρασκευῆς οὐ καταφρονήσουσι, εὖ-
 δεῖ ὡς ἐδὲ αὐτοῖς γελάσονται τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πσεύοντας ὡς ἀ-
 ληθῆ παρ' αὐταῖς ἀναγεγραμμένα ἀγνοῦντας. ταῦτα μὲν οὖν ἐρήθε
 πρὸς τὸ μὴ φέρεσθαι παρ' ἑβραίοις τὰ περὶ Σισσάννας. *Reddamus Latine*
et si non pari elegantia, at equali sententia, quare tempus, inquit,
est. (ironicè hoc dicit) *in ista scimus, ut ea exemplaria, quæ in ec-*
clesijs feruntur, improbemus, et reijciamus: et legem feramus pa-
tribus de repudiandis sacris libris, qui apud eos in usu sunt, assente-
murq; Iudæis, ac suadeamus, ut communicent nobiscum, quæ pura
sunt, nullumq; commentum habent. Nunquid verò diuina providen-
tia, quæ in Scripturis sanctis omnibus ecclesijs ædificationem præ-
buit, nō habuit curam eorum, qui precio empti sunt? pro quibus Chri-
stus mortuus est? cui Deus, qui charitas est, cum alioqui filius su-
us esset, non pepercit, quin ipsum pro nobis omnibus traderet, ut cum
eo omnia nobis donaret? Præterea considera, oportere meminisse,
quod scriptum est, non transferes terminos, quos maiores tui posue-
runt. Atque hæc quidem dico, non quod pigeat scrutari scripturas
Hebræorum, et nostras omnes cum illorum scripturis conferre, et ea-
rum differentias obseruare. etenim, nisi arrogans est dicere, multū
diuq; hoc pro viribus fecimus, earum sententiam in omnibus editio-
nibus, et earum differentijs excutientes; ita tamen, ut aliquanto
magis interpretationem LXX. exerceremus, ne quid ecclesijs, quæ
sub cælo sunt, adulterare videamur; et occasionem præbeamus ijs,
qui quærent ansas, qui volunt scripturas in medio positas calum-
niari, et quæ in publico apparent, accusare: damus verò operam, ut
non ignoremus illorum scripturas, ut aduersus Iudæos disputantes
non proferamus, quæ in eorum exemplaribus proposita sunt; et ut v-
nà cum illis ut amur ijs, quæ apud eos feruntur, quæ in nostris libris

non sunt. Etenim, si sic erimus preparati ad differendum cum eis, non contemnent nos; nec, ut solent, ridebunt eos, qui ex gentibus ad fidem venerunt, et tanquam qui vera eorum scripta ignorent. Hæc hætenus Origenes. Vides Antoni, quid eruditissimus Origenes ante annos amplius mille trecentos de interpretatione LXX. in omnibus Ecclesijs, quæ sub cælo tunc erant, recepta, & in usu communi omnium posita scripserit? & quare studio intelligendi scripturas Hebræorum, & tunc opus esset, & modo sit? & quomodo contemnere LXX. & Hebraicum præferre nihil aliud sit, quam assentari Iudæis, quasi ipsi & non nos pura, & ab omni commento aliena habeant? Tu igitur es vnus ex istis, qui Iudæis faues, & assentaris, cum contemptis LXX. ad autographum, & ipsum Hebraicum contextum, ut verbis tuis ut ar, te reuoluis. Tu ergo, cum te in portu nauigare putares, dicam iterum, naufragium fecisti, qui, ut obseruationem de prima nominatione ecclesiæ in diuina interpretatione LXX. eludereres, quæ testimonium dicit, non habere Protestantes ecclesiam, qui Euangelicum Aaronem, id est, Petrum, & successorem eius non agnoscunt, quia alium exitum non videbas, decreuisti non reuereri consuetudinem omnium, quæ sub cælo sunt, Ecclesiarum, & sanctorum Apostolorum, qui ferè semper interpretatione LXX. vsi sunt, autoritatem; sed potius in gratiam Iudæorum, & inuidiam atq; contemptum LXX. quos Iudæi non recipiunt, autographum Hebraicum, quasi Apostolorum censor, & omnium ecclesiarum Iudex prætulisti, & cum scriptura iubeat non transmouere terminos, quos maiores tui posuerunt, nihil curasti. Quidam auctor Hebraicæ, & Græcæ valde eruditus, & in scripturis sanctis Hebraicis, & Latinis multum diuq; exercitatus, in commentarijs suis in Esaiam notauit, quinquagesimos Apostolos & Euangelistas vnus Prophetæ Esaiæ testimonia non ex autographo Hebraico, sed ex interpretatione LXX. produxisse. Paul. Rom. 9. ex c. 1. Esa. nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuisset, ex c. 2. Esa. ad Thess. c. 1. à facie Domini, & gloria virtutis eius, ex cap. 6. Esa. Matth. 13. auditu audieris, & non intel-

Quomodo
Antonius
naufragium
fecit, cum se
in portu nauigare
existimaret.

Obseruatio
quinquagesimos
vros esse
Apostolos
& Euangelistas
interpretatione
LXX. in testi-
monijs
vnus propheta
Esaiæ
citandis.

H ligetis;

ligetis; & videntes videbitis, & non videbitis. ex eodem cap. 6. Esa.
 Matth. 13. incrassatum est enim cor populi huius; & auribus graui-
 ter audierunt, & oculos suos clauserunt; ne quando videant oculis,
 & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem
 eos. ex cap. 7. Esa. Matth. 1. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet
 filium, & vocabis nomen eius Iesum. omitto, ne longum fiat, reliquos
 locos vsq; ad quinquaginta in solo, vt dixi, Esaia. Quare tu, & con-
 fer cum autographo, vt discas, non efferre te supra Apostolos & Eu-
 angelistas. Prosequamur tua: postquam dixisti me fregisse nauem,
 & pugnare cum ipso Hebraico contextu, de quo satis hactenus re-
 sponsum tibi est, & pugnat, inquis cum doctissimis quibusque
 qui cum aetates ecclesiae describunt, solent ab Adamo inci-
 pere, vt fecit Aug. Quaestione super Iud. 49. ne dicam etiã,
 perperam ipsam ecclesiae substantiam cum eius exteriori
 forma fuisse hoc pacto à Turriano confusam. Si tu Anto-
 ni intelligeres, quae loqueris, & de quibus affirmas, vt in alios tui si-
 miles Apostolus scripsit; intelligeres, te potius tecum pugnare; cum
 enim dicis, describunt aetates ecclesiae; diuersos status, & dispositio-
 nes eius describi confiteris, quae sunt totidem formae eius Ecclesiae,
 quae ab Adam coepit, quae substantia quidem & numero vna est vsq;
 ad consummationem seculi perpetuo continuanda, cuius forma est,
 vt antea dixi, fides Deum colentium; sed huius vnus ecclesiae alia
 formam ec- fuit dispositio in aetate eius parua, qua fuit in lege naturae; & alia dis-
 clesiae noui positio in aetate eius aliquanto maiore, qua fuit in lege Moisis; &
 testamenti alia item dispositio in aetate virili, qua in Euangelio adoleuit: quare
 non perti- cum sint totidem formae, quae ad illam vnã Ecclesiam ab Adamo
 nere ad sub- ceptam, accesserunt, necesse est, totidem species constituant. Ita fit,
 stantia eius vt illa forma exterior, quae tibi apparet in ecclesia noui testamenti,
 summo er- intima ei sit, & substantia eius: quia tu haec non intelligis, quod tu con-
 rone putat fundis, à me confundi putas, qui ita distincte, & aperte loquor, vt nõ
 omnia con- possit magis. Sequitur in libello tuo, vt nihil prater eam, Superest,
 fundens. inquis, in tua definitione limitatio, sine qua negas vllam
 Ecclesiam esse posse, atque ita congregantur, vt Ecclesiae,
 quae vna catholica est, & praeposito eius adhæreant. Hic
 mentio.

Quomodo
 Antonius
 non discer-
 nit varias
 ecclesiae dis-
 positiones,
 nec intelli-
 git totidem
 formas eius
 esse, vnde
 formam ec-
 clesiae noui
 testamenti
 non perti-
 nere ad sub-
 stantiam eius
 summo er-
 rone putat
 omnia con-
 fundens.

mentionem facis vnus Ecclesie catholice, & propositi-
 eius, nos autem vnus ecclesie catholice nomine intelli-
 gimus inuisibilem electorum Ecclesiam, cuius caput est
 Christus, & freti sumus certissimis scripturae testimonijs,
 Coloss. 1. Ephes. 4. & 5. & c. *Demonstravi supra c. 2. 3. & 4. testi-*
monia Scripturae, quae citasti, non posse intelligi de ecclesia electorū
inuisibili, sed de ecclesia visibili, quae ex iustis & peccatoribus, ex e-
lectis, & reprobis constat. Itaq; docui, ecclesiam electorum, & si eam
solus Deus videt, quatenus est ecclesia electorum, ipse enim nouit,
sicut ait Apostolus, qui sunt sui, tamen in Ecclesia visibili contine-
ri, & secundum communionem sacramentorum visibilium visibilem
nobis esse, licet non secundum electionem. Dicis deinde, me contra
 scripturam intelligere vnum aliquod corpus visibile ex
 omnibus Ecclesijs visibilibus compositum, cuius caput sit,
 Petrus, in successore suo, id est, Pontifice Romano; atque,
 ita non iam vobiscum me disputare, sed cum ipsa rerum,
 natura. *Et notasti paginam libri mei, 49. vbi de Ecclesia visibili,*
disputo: vos appello Lypsienses, si forte bellus iste Antonius ve-
stras est, Relegite totum cap. viij. libri primi à pagina 46. vsque
*ad 58. cuius summa capiti praeposita & inscripta, est de vni-
 te Ecclesie Catholicae, & de principio necessario vnitatis eius du-*
cto ex natura, ratione, & Scriptura. Et quemadmodum Philippus
sua de Ecclesia sententia ad confitendum vnum caput Ecclesie vi-
sibile cogitur, & de ministris Protestantium, quomodo nec ad Ec-
clesiam, nec ad oues Christi pertineant secundum Scripturam; &
de analogia corporis humani, caput visibile habentis, comparati
ab Apostolo cum Ecclesia; relegite, inquam, quæso, totum ca-
put, & iudicate, verum ad illud respondeat vester scriptor; an
potius conuictus omnia disimulet. Vnum tantum commentum ri-
diculum reperit ex intima sua philosophia depromptum, quo videri
vult totum illud caput refellere. Nam omnium, inquit, particu-
 larium & visibilium ecclesiarum visibilem congrega-
 tionem esse vnquam, vel fuisse, vel in hac vita esse,
 H 2 posse,

Quæ desimulet Antonius in pagina mei libri à se notatis, ad quæ nihil respondit, quia non potuit, quofatis confiteretur victum esse.

,, posse, nefando quidem auditum est. & paulò post, ego verò
 ,, libenter hoc à te percontari velim egregie disputator, ex
 ,, qua tandem vel philosophiæ, vel dialectices pœnu de-
 ,, prompseris τὸ κατὰ ὄρα, alijs, quam mentis oculis videri pos-
 ,, se: quia videbas, si semel dares, Ecclesiam Catholicam visibilem esse,

Quare An-
 tonius eccle-
 siam visibi-
 lem neget,
 quam dicit
 esse clauam
 Herculeam
 à catholicis
 arreptam ad
 debellan-
 das ecclesi-
 as Protestan-
 tium, & re-
 stitutum
 eius verum
 cit.

quod ego premo, & vrgeo, planè sequi, vt habeat caput visibile, quod
 suo corpori visibili respondeat; meq; in hoc sophismate, vt vocas, &
 tibi videtur, omnia propemodum, vt dicis, meæ causæ præsidia tan-
 quam in arce munitissima, collocasse, idcirco acutè excogitasti, ne-
 gandum tibi omninò esse, Ecclesiam catholicam visibilem esse; hanc
 enim clauam Herculeam dicis me arripuisse ad debellandas Eccle-
 sias Protestantium, & Confessionistarum. Sed videamus paulisper,
 quomodo, & qua ratione neges, vt, si conuincam nihil obtusius, neque
 rudius, nec à philosophia & dialectica magis alienum dici posse, effe-
 ctum sit, quod metuebas, debellatas esse Ecclesias Protestantium
 nostra claua Herculea, quam vocas. Tua ergo argumētatio hæc est,

Ridicula ar-
 gumētatio
 Antonij,
 qua istum
 clauæ Her-
 culæ, quæ
 ipse vocat,
 declinare fe-
 putat.

τὸ κατὰ ὄρα, alijs, quam mentis oculis non posse videri, Ec-
 clesiam catholicam esse τὸ κατὰ ὄρα, Ecclesiam igitur catho-
 licam alijs quam mentis oculis non posse videri; licet e-
 nim, inquis, particulares omnes ecclesiæ sint visibiles; quo-
 ties tamen à nobis reducuntur ad vnam ecclesiã propter
 eandem fidem, eadem sacramenta, & cætera eiusmodi, il-
 ,, lud κατὰ ὄρα, non iam oculis, sed sola mentis cōtemplatio.
 ,, ne percipitur, damus Antoni, Ecclesiam, quam definimus, κατὰ ὄ-
 ,, ρα esse, vt est κατὰ ὄρα extra mentem non esse, ac proinde non esse sic

Quomodo
 Antonius
 videatur i-
 gnorare uni-
 uersale ex-
 tra mentē
 re ipsa non
 separari à
 singularib.

visibilem. Sed rursus videris ignorare, τὸ κατὰ ὄρα, quod sub sensum
 non cadit, sed tantum est in mente, & ipsa non separari à singulari-
 bus sub sensum cadentibus, quod tuus Arist. lib. 1. de anima signi-
 ficauit, cum dixit, vniuersale aut nihil esse, aut posterius esse. Si igitur
 non separatur à singularibus, aggregatio omnium singularium
 erit quoddam totum sensibile, constans ex singularibus omnibus, quæ
 sunt eius partes sensibiles, vt exempli causa, homo, quod est κατὰ ὄρα,
 re ipsa non separatur à singularibus hominibus, quorum omnium
 vniuersus numerus, vbicumq; sint, totum quoddam est, quod vocari
 solet

folet integrale, constans ex omnibus singularibus hominibus tanquam partibus suis. concedes ne tu Antoni, istos singulares homines ubicunq; sint, visibiles esse, & totum illud ex istis singularibus integratum non esse visibile? at dicis, nemo unquam vidit, nisi per somnium talem cœtum omnium hominum totius mundi, & ideo non erit visibilis? pari igitur ratione nec ipsi singulares homines sunt visibiles, quia nemo omnes singulares vidit, nisi per somnium, ut tu dicis; at tu das omnes singulares homines visibiles esse, qui sunt illud totum, siue potius illud omne ex ipsis constans: magis enim convenit in quã

titate discreta τὸ πᾶν, quam τὸ ὅλον, est enim omnis, vox περιληπτικὴ τῆς καθόλου, id est, completens singularia. das igitur, velis, nolis, visibile esse illud omne: aut si hoc negare pergis, & illud, quod prius dedisti, negas. Quo te vertes Antoni? sic etiam de ecclesia dicimus, τὸ καθ' ὅλον, re ipsa non seiungi à singularibus ecclesijs, quas ipse confiteris visibiles esse, quare omnium uniuersa multitudo, totum quoddam est, constans ex omnibus singularibus ecclesijs, tanquam partibus suis, quod totum simile est uniuersali, ut Arist. libro 5. primæ Philosophiæ, & libro 1. de physicis tradit, quia hoc continet singularia, sicut illud partes. Itaq; quæ erant singularia uniuersalis in mente, sunt in re partes totius: sed quia tu ista nunquam in cella penuria discipline tuæ didicisti discernere, facile te tam obulse in errore istum tam absurdum induxisti, ut existimares, quia quod commune est, oculis mentis tantum videatur, nullo alio modo, aut ratione extramentem videri posse. Percontabor ergo te belle disputator, ut tu percontaris me, & ridendo, egregium disputatorem vocas; natura humana quatenus communis est, ad est, considerata in omnibus singularibus communiter ut species, potest ne videri extramentem? minime, respondebis; quia huiusmodi natura communis sola cogitatione consistit. At eadem in atomo, cum ὁριστικὸς ἰδιώμασι χαρακτηριζέται, id est, cum signatur proprietatibus, quas indiuiduantes vocant, iam tunc cernitur, sentitur, tractatur. Ad eundem modum dicendum tibi est ecclesiam communem, quam vocas τὸ καθ' ὅλον, quatenus communis est, solum oculis mentis videri, quia commune, ut species, vel genus, μὴ ἔστιν ἰδιώματι θεωρητόν; quatenus verò pro-

Quomodo ex necessario concedis inducatur Antoni in contradictione ecclesia visibilis, & non visibilis.

Quomodo Antonius philosophus non discernit naturam in specie confideratam, & in atomo.

prietatibus ὀριστικοῖς, afficitur, & signatur, id est, proprietatibus, quas, ut dixi, indiuiduantes in schola vocant, iam sub aspectum, & alios sensus cadit, neque ipsa ab ipsis singularibus Ecclesijs separari potest, quarum vniuersa multitudo, quæ ὁλότως quædam est, ut vocabulo Dionysij utar, Catholica Ecclesia nominatur; & est. Hu-

Quam absurdum & fatuum sit, quod Antonius ait, esse ecclesiam catholicam vbiq; terrarū diffusā, esse καὶ ὁλότου ἀνέντε.

iusmodi Ecclesiam catholicam diffusam scilicet per vniuersas mundi regiones, & oras, (quæ quia tota est, nihil aliud est, quam congregatio partium. Sic enim definit totum Arist. 1. Phys. & 4. & 3. cæli) Deus pater filio suo Christo promisit, & dedit; sicut scriptum est, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te; postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam; & possessionem tuam terminos terræ. Cum ergo hereditas Domini per vniuersam terram pateat, & hæc sit ecclesia Catholica: quæ amentia est, dicere καὶ ὁλότου, id est, vniuersale quoddam esse Ecclesiam catholicam, & cogitatione mentis tantum consistere? quis ignorat τὸ καὶ ὁλότου, id est, vniuersale, nudum esse ab istis conditionibus, & proprietatibus singularium, loci, temporis, parui, magni, & quæ eiusmodi sunt? quomodo igitur τὸ καὶ ὁλότου, id est, vniuersale, quod mens sola informat, & contemplatur, diffusum est per vniuersam terrā quæ sub cælo est? & si per vniuersam terram diffusum est, quomodo est inuisibile, cum necesse sit, esse instar corporis ex membris suis ceu partibus constantis secundum analogiam B. Pauli, 1. Cor. c. 12. & quam tu nisi scripturam neges, negare non potes. Aliter etiam occurris, ut ecclesiam catholicā inuisibilem esse probes, omnes enim ecclesias, inquis, vnam esse dicimus, quia eiusdem fidei, ac religionis (cur non addidisti, & quia vnius communionis eorundem sacramentorum visibilium) artissimo vinculo continentur, at ecclesiarum vnitates non magis videri potest, quā fides, atque religio. Ergo non est visibilis: concludamus nos contra te ex vnitatis sacramentorum visibilium à te prætermissa fallaciter, at ecclesiarum vnitates non minus visibilis est, quam sacramentum baptismi cum reliqua Ecclesie nomine dispositione visibili, ergo vnitates ecclesiarum visibilis est. Sed argumentemur nos similiter aduersus Antonium, Ecclesiam, quæ erat Hierosolymis tempore Apostolorum, quam Lucas describit, non fuisse visibilem, quia multitudinis credentium,

Alia argumentatio

Antonij ad probandum ecclesiam catholicā esse inuisibilem non minus delira, quā superior.

Quid Antonius in definienda vnitatis ecclesie fallaciter prætermiserit, unde argumentum darguitur.

Aliter etiam occurris, ut ecclesiam catholicā inuisibilem esse probes, omnes enim ecclesias, inquis, vnam esse dicimus, quia eiusdem fidei, ac religionis (cur non addidisti, & quia vnius communionis eorundem sacramentorum visibilium) artissimo vinculo continentur, at ecclesiarum vnitates non magis videri potest, quā fides, atque religio. Ergo non est visibilis: concludamus nos contra te ex vnitatis sacramentorum visibilium à te prætermissa fallaciter, at ecclesiarum vnitates non minus visibilis est, quam sacramentum baptismi cum reliqua Ecclesie nomine dispositione visibili, ergo vnitates ecclesiarum visibilis est. Sed argumentemur nos similiter aduersus Antonium, Ecclesiam, quæ erat Hierosolymis tempore Apostolorum, quam Lucas describit, non fuisse visibilem, quia multitudinis credentium,

dentium, id est Ecclesie illius erat cor vnum, & anima vna, propter unitatem, que videri non potest: erat igitur illa Ecclesia invisibilis. Sed ut dixi, fallaciter, que addenda erant, dissimulasti; solus enim fidei, & religionis meministi, & non sacramenti visibilis baptismi, qui est prima radix Christianitatis, & sigillum fidei, ut antiqui patres dixerunt. melius beatus Hilarius libro 8. de Trinitate explanans hunc locum, vnum, inquit, cor & anima vna dicti sunt propter naturam fidei, que vna est, vniisque baptismi. Et Paulus in epistola ad Ephesios, cap. 4. cum vna fide vnum baptismum coniunxit, non sicut tu, qui contra scripturam & veritatem, loco necessario unitatem baptismi visibilis ab unitate fidei capciosè separasti. Rursus ergo inducamus nos hanc rationem contra Antonium; Baptismus qui vnus est, & qui facit nouas creaturas, ex quibus congregatur Ecclesia Catholica, & qui est sigillum fidei; que vna est, est sacramentum visibile cum reliqua dispositione ecclesiarum noui Testamenti: igitur etiam ex hac parte fidei propter sacramentum fidei visibile, quod est baptismus, unitas Ecclesiarum visibilis est. Concludis deinde aliam rationem, qua, nescio, an concludi possit aliquid magis fatuè & obtusè: sic enim ais, itaque cum Ecclesie omnes dicantur vna Ecclesia, non id fit, quod vnus quidam coetus re ipsa, ex ipsis omnibus Ecclesijs componatur, (quod ne Turrianus quidem vnquam vidit, nisi per somnium) sed vna dicitur propter unitatem doctrinæ & religionis. Damus hoc & quidem libenter, omnes Ecclesias esse vnã propter unitatem doctrinæ, & religionis: in hac enim unitate doctrinæ Euangelicæ continentur unitas fidei, & sacramentorum, & totius dispositionis à Christo in Ecclesia noui testamenti institutæ, que, ut antea dixi, & docui, forma & substantia est Ecclesie nouæ. Sic dicimus, ut antiqui patres dixerunt, propter unitatem doctrinæ, 4. Evangelia esse vnum, sicut Apostolus dixit, secundum Euangelium meum: & multos magistros esse vnum, cum vnum & idem docent, ab vno, qui est verus magister, cuius participatione & gratia sunt magistri.

Quomodo Ecclesia Hierosolymitana, de qua scriptum est, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, secundum conclusionem Antonianæ rationis inuicibilis erat.

Quomodo Antonius in notione unitatis ecclesie unitatem baptismi ab unitate fidei mendose disiunxit contra scripturam.

Quomodo de concessis ab Antonio & ex necessario concedendis, & fallaciter ab eo prætermisissis conuincatur ecclesia catholicam esse visibilem.

Alia conclusio rationis ab Antonio inducta, qua nihil magis fatuè, & obtusum induci potuit.

Quomodo multi propter unitatem doctrinæ sunt vnum.

gistri. Vnde B. Iacobus, nolite, inquit, plures magistri fieri, prohibet enim plures magistros fieri ad docendum $\mu\eta\ \sigma\upsilon\mu\phi\acute{o}\nu\omega\varsigma$ vero magistro, tunc enim sunt multi. idem prohibuit Dominus Matthæi 23. cum ait, vos autem nolite vocari rabbi, scilicet sicut Scribæ, & Pharisæi, qui sic vocari suis traditionibus à lege alienis ab hominibus expetebant, & studebant, id quod omnibus sectarijs accidit. In ecclesia verò Catholica omnes magistri eadem dogmata tradunt, & in docendo vnum sunt in Euangelio vno. Sed videamus, quomodo prohibet Antonius, quod omnes Ecclesiæ vna quidem dicantur, propter consensum in doctrina vna, quod concessimus, inquit, non autem, quod ex ipsis vnus cœtus cōponatur. quod negamus, quia ne Turrianus quidem vnquam vidit, nisi per somnium. Quis non dimiretur etiam Antoni stupiditatem? qui, cum dixi ecclesiam Catholicam esse omnium Ecclesiarum congregationem, sic intellexisti, quasi diceremus esse vnam Ecclesiam Catholicam, cœtum omnium Ecclesiarum in vno loco; hoc enim est, quod Turrianus nunquam vidit, nisi per somnium. An ideò non erit visibilis Ecclesia Catholica ex omnibus Ecclesijs congregata, quia non sunt vno in loco omnes congregatione congregatæ, vt sit vnus, qui omnes vno aspectu videre possit, vt fit, cum aliquis omnes oues in ouili vno congregatas videt? Nunquid illa congregatio, de qua dicit Propheta, memento Domine congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, tota erat in vno loco, vt congregatio diceretur, & esset? aut non potius, ex omnibus in varijs locis congregationibus conflata? an non satis est, vt, qui in loco quopiam sunt, ibi Ecclesiam videant, & alij in alio? vt qui in Italia sunt, ecclesias Italiæ, qui in Galia, Ecclesias Galliæ, qui in Perside, Ecclesias Persidis, & qui in extremis oris, Ecclesiasque illic sunt, & sic omnes Ecclesiæ suis locis aliæ ab alijs videantur, & sic demum tota ex singularibus dispersis constans, à diuersis, & infinitis non somniantibus videatur? Responde mihi Antoni: vt vno exemplo imperitiam tuam redarguam, & conuincam, cum exijt editum à Cesare Augusto, sicut à Luca scriptum est, vt describeretur vniuersus orbis, quid hic significat vniuersus orbis? non ne multi.

Quomodo
Antonius
stupide in-
tellexerit,
quod audie-
bat dici à Ca-
tholicis, ec-
clesiam Ca-
tholicam
esse congre-
gatione om-
nium eccle-
siarum.

Quo exem-
plo ex Euan-
gelio Luca
redargua-
tur stupidi-
tas Antonij.

multitudinem omnium ciuitatum? sequitur enim, & ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Si quæram à te, erat ne visibilis orbis vniuersus, qui descriptus est? non credo negabis, ne sensu communi te carere ostendas: rursus quæram, erat ne vniuersus orbis habitatus, qui hic dicitur $\pi\acute{\alpha}\sigma\alpha\ \omicron\iota\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$, congregatio omnium ciuitatum vno in loco, ut erit in die iudicij omnium hominum congregatio? nam hoc quoque dicis, in diem iudicij differendam esse talis Ecclesie Catholice congregationem visibilem. Quod si vniuersus ille orbis, quem Lucas dicit ad edictum Cæsaris Augusti descriptum esse, constabat ex ciuitatibus per varias regiones & oras sub celo dispersis, & erat visibilis, cur non idem cogitas, & fateri vis de vniuersa Ecclesia, quod Lucas dicit de vniuerso orbe? cum hoc de vniuersa ecclesia omnes catholici secundum scripturam affirmant; sicut illud Lucas de vniuerso orbe. Scriptura enim, cum ait, annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, Ecclesiam vniuersam dicit, que vna est ex omnibus singularibus, que sunt partes eius, constans. Illa præterea descriptio, quæ in singulis cuncti orbis Ciuitatibus facta est, huius rei, de qua tecum disputo, veluti imaginem in tabella delineatam tibi ostendit, sed prius dicendum est illud, quod Dionysius in Ecclesiastica hierarchia cap. de Baptismo scripsit, dare nomen in Baptismo, ut describatur baptizatus inter fideles, significare (id quod ex Apostolo Paulo, cuius discipulus fuit, didicit) ascitum eum esse in ordinem Sanctorum, pertinereque iam ad eorum sortem, hoc enim est, pro quo Apostolus in epistola ad Coloss. hortatur agere gratias, cum ait, gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine; id est, per baptismum; (baptismum enim vocat lumen, ut alias solet, ut in epistola ad Hebræos, cap. 6. & ut Dionys. & alij antiqui patres vocant) hanc descriptionem inter natos ex Deo per baptismum, cuius descriptionis, auctore Dionysio, Symbolum est illud dare nomen, significabat in enigmate illa descriptio vniuersi orbis facta, cum Christus natus est: significabat, inquam, natum esse eum, per quem danda erat potestas omnibus vniuersi orbis, ut nati ex Deo inter filios Dei describerentur, & sensum spiritualem acciperent fidei, spei, & charitatis;

Quid significet dare nomen in baptismo, Dionysio auctore.

Quomodo
tanquã ima-
go: quãdam
ecclesiã ca-
tholicã visi-
ui illis deli-
neata sit in
illa descri-
ptione vni-
uersi orbis
visibili ad e-
dictum Ca-
saris Augu-
sti.

ritatis; hæc enim in baptismo infusa nobis sunt. Vnde eodem vocabulo Dionysius Areop. descriptionem istã baptizatorum appellauit, quo Lucas illam vniuersi orbis. Vterq; enim vocat ἀποστολῶν: vt igitur illa vniuersi orbis descriptio, quam Lucas dicit, vna fuit: non enim dixit descriptiones, sed descriptio, & visibilis item fuit, in tabulis enim facta est, & ex omnibus particularibus descriptionibus visibilibus, quæ in singulis ciuitatibus vniuersi orbis factæ fuerunt, tanquam ex partibus constabat; sic in singulis ciuitatibus catholicis Episcoporum per vniuersam terram factæ sunt descriptiones visibiles baptizatorum, quæ sunt totidẽ Episcopatus catholici; ex quibus descriptionibus, & episcopatibus particularibus tanquam ex partibus constat vna visibilis ἐλόγῳ ἐπιτοκῶν, id est, vnus totalis, vt ita dicam, episcopatus, qui vocatur vna Ecclesia catholica visibilis ex singularibus Ecclesijs episcoporum, tanquam ex suis partibus, vt iterum dicam, constans. Fortassis Antoni, vt te video esse appositum ad inueniendum flexiones, & diuerticula, cauillaberis in exemplo illius descriptionis apud Lucam, quia illæ in singulis ciuitatibus factæ descriptiones coniungi & congregari poterunt in eisdem tabulis, ita vt facile cõcedas illic vnã descriptionem vniuersi orbis ex omnibus in eisdem tabulis congregatam, hæc enim ratione negas totius Ecclesiæ Catholicæ congregationem visibilem, quam in nouissimum diem differendam esse dicis. Non enim intelligis, quomodo ex distantibus, & tanto interuallo distitis, vna congregatio, & cœtus fieri possit. Quid si in singulis ciuitatibus, vbi censentur, descriptiones illæ census cuiusq; in tabulis publicis & proprijs cuiusq; ciuitatis remanebant, & seruabantur? an continuo minus verum fuisset, quod Lucas dixit, factam esse descriptionem vniuersi orbis? quia non essent descriptiones in eundem locum, & easdem tabulas relatæ? dic mihi acute Antoni, qui inuunt inter se societatem, nisi conueniant in eodem loco, non dicentur esse vnus visibilis congregationis? cum tu dicis totius ecclesiæ catholicæ congregationem inuisibilem esse, id est, congregationem electorum, quæso Antoni, sunt ne electi in eodem loco congregati? non credo concessurus es ante nouissimum diem. Cur igitur hoc quod congregationem inuisibilem

Inuisibili tribuis, non permittis visibili? id est, ut, sicut electi, & si non sunt congregati vno in loco, tamen eorū ecclesia vna congregatio inuisibilis dicatur, & sit; sic etiam ecclesia vna catholica, & si Ecclesie, ex quibus constat, non sunt in vno loco congregatæ, dicatur tamen, & sit vna ex omnibus congregatio visibilis? nunquam didicisti in tua academia totum continuū à toto discretæ quantitatis distinguere? illud enim necesse est, ut partes suas omnes, quarum congregatio est, simul habeat in eodē loco, at non sic totū discretæ quantitatis. Spero pudebit academiam tuam imperitiæ tuæ. Quæ te istud tam obscurum disputandi, & intelligendi genus nunquam docuit. Sed videamus quomodo tandem conclusionem rationis meæ de Ecclesia Catholica visibili tanquam captiosam & sophisticam notes, sic enim ais, quo fit, ut dum concludis catholicam Ecclesiam esse visibilem, quia omnes Ecclesie sunt vna eademque, fallas τὰ ἀπὸ τοῦ μὴ ἄριστον ὄντος ἀπορ. Græcè dixisti, ut qui Græcè nescirent, aliquid eruditū te dicere putarēt. Sed expediāmus nos cōclusionem argumentationis nostræ planius: hæc enim est, ut tu etiam agnoscis, omnes Ecclesie sunt visibiles, omnes Ecclesie sunt vna ecclesia catholica, vna igitur Ecclesia Catholica est visibilis. hic tu paralogismum, id est, fallaciam esse ais, in hac argumentatione, quia sumptam esse putas, tanquam causam conclusionis, non causam, quod falsum est, sicut enim veritas huius propositionis, ecclesia Catholica est visibilis, nascitur ex his duabus sumptionibus versis, omnes Ecclesie particulares sunt visibiles, & omnes Ecclesie particulares sunt vna tota Ecclesia, quæ catholica dicitur & est; sic falsitas huius propositionis, Ecclesia Catholica est inuisibilis, nascitur ex his duabus sumptionibus falsis, ecclesie particulares non sunt visibiles, & omnes ecclesie particulares non sunt tota ecclesia. Tu potius fallis Antoni τὰ ἀπὸ τῆς ἀμύμουτιαι. i. propter æquiuocū, cū argumentaris ecclesiā catholicā esse inuisibile, quia ecclesia, inquis, est vniuersale; vniuersale autē est inuisibile. fallis, inquam, quia non discernis καθόλου νοητόν, i. vniuersale intelligibile, siue vniuersale in mēte quæ est generis, vel speciei, & καθόλου ὄντιδόν. i. & vniuersale totale, siue vniuersale totū. ipse planè fallas, ut sicut Apost. ait, erres, & alios in errorem

Quomodo videatur Antonius nunquam didicisse distinguere totū continuū à toto discretæ quantitatis.

inducas. Ecclesia igitur catholica, cum sit, vt antea dixi, extra mentem per vniuersam terram diffusa secundum scripturam, non potest esse κατ' ὄρα, id est, vniuersale, quod est in mente tantum, sed est ὄρα, id est, totum. tu verò, vt dixi, non distinguis ista, quæ tuus Aristoteles distinxit, cum lib. 1. Physi. scripsit, τὸ δὲ κατ' ὄρα ὄρα καὶ ὄρα, πᾶσι γὰρ περιλαμβάνεται, ὡς μὲν τὸ κατ' ὄρα, id est, vniuersale autem est quoddam totum: multa enim complectitur tanquam partes; idem auctor libro 5. primæ Philosophiæ κατ' ὄρα dicit, ὁμοίως εἶναι τὸ ὄρα, id est, vniuersale simile esse toti, quia scilicet sic vniuersale continet inferiora, sicut totum partes; vnde illud dicitur à Philosophis totum vniuersale, hoc verò totum integrale, quare Ἰουδῆς καμβάνης, καὶ ὁ λόγος ἐστὶ ἀσυνλόγιστος ἔστι, vt idem de Melisso & Parmenide ait, id est, falsum sumis, cum ais, ecclesiam catholicam esse κατ' ὄρα, quod est in mente tantum, & ratio tua capriose concludit, inuisibile esse Ecclesiam catholicam. Sed contra potius necesse est, vt sit visibilis, quia est totum quoddam ex partibus visibilibus connexum. Discite igitur Antoni, cum solum τὸ εἶναι ecclesiæ consideratur, tunc est ἡ κατ' ὄρα ἐκκλησία, & hæc definitur, definitio enim semper est vniuersalis, vt Arist. lib. 2. Poster. tradit, cum verò τὸ εἶναι, cum proprijs differentijs nationis, loci, temporis, & similibus, tunc est ecclesia non communis, quæ in mente solum est, quatenus communis est: sed est hæc, quis autem nisi ex pers communis sensus negare potest, quin huiusmodi oēs Ecclesiæ particulares, quæ sub sensibus cadunt, & vnitæ fidei, & sacramentorū visibili cōmunionē iunctæ, & copulatæ sunt, totum quoddam efficiant; totum enim est suæ partes, ac totum, & partes vnum sunt, non plura, & si dubitari posse Arist. ait, vt vnum, an plura, pars & totum; vnum tamen esse dicenda sunt: quod enim alterum perficit & continet, non connumeratur cum eo, vt duo dicantur; sed vnum; vt aurum & numisma ex auro factum non sunt duo, sed vnum; & Petrus, & corpus eius vnum item, non duo numerantur; similiter totum, quia perfectio, & complementum est partium; totum & partes eius copulatæ vnum sunt. Catholica igitur ecclesia, quæ est omnes partes suæ, id est, totū ex suis omnibus partibus nexum, vna est, & visibilis. deinde, Ecclesiam

Fallacia Antonij non distinguentis vniuersale à toto, sicut philosophus distinxit.

Quomodo totum & partes sint vnum, & non connumerentur.

stam angeri per appositionem Ecclesie ad ecclesiam, negare non potes Antoni, nisi cum sensu communi pugnes; & scripturam neges, cum ait in Actis Apostolorum, cap. 2 & appositae sunt animae circa tria millia, & in alio loco, appositae est turba multa: quod autem augetur per appositionem partis ad partem, totum quoddam fit, ex quibus partibus factum est. Hoc nominatur, & est Ecclesia una Catholica, quae visibilis est, sicut partes; quia non aliud est, quam illae ipsae copulatae partes omnes. haec ecclesia Catholica visibilis, instar arboris est ex omnibus suis ramis constantis; & instar magni luminis, quod ex multis laminibus efficitur; & instar magni fluminis ex multis rivis facti. His enim exemplis, & imaginibus usus est beatus Cyprianus, differens de una ecclesia Catholica, cuius radix, & caput, ac origo unitatis Pontifex est, ut idem ait, de quo paulo post videbimus. At qui vos Cypriani auctoritate uti soletis. Vestrae igitur ecclesiae Iudaeorum, quia non sunt rivus huius magni fluminis, fluentis super uniuersam faciem terrae, qui est Ecclesia Catholica, neque rami huius arboris, sed praecisi, neque radii huius magni luminis, sed lucerna extincta, idcirco non sunt Ecclesia, nisi Iudaeorum. Praeterea Ecclesiam Catholicam comparat sponsus in Cant. Cant. c. 6. cum auro-
 ra, & cum Luna, ac cum Sole, quae est ista, inquit, quae progreditur quasi aurora confurgens, pulchra, ut Luna, electa ut Sol. Cum auro-
 ra comparat, quia sicut aurora est extremum antegrèsse noctis, & praeuincia aduentantis diei, sic est Ecclesia Christi, post acceptam Euangelij illuminationem, sicut Apostolus ait, nox praecessit, dies autem appropinquauit: est item pulchra, ut Luna plena, quia tota illustratur lumine Solis iustitiae; ex omni enim parte in omni gente accipit lumen à Christo, ad illuminandum per fidem. Est etiam electa, ut Sol propter Christum, qui in ea est, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, de cuius plenitudine accepit Ecclesia. Ecclesia autem Catholica inuisibilis electorum, quam tu Antoni cum Luthero, & Caluino haesiarchis, & primogenitis Sathanae ad tollendam Ecclesiam Catholicam visibilem introducis, quatenus inuisibilis est, liquet, non posse esse instar aurorae, neque Lunae plenae, neque Solis. Lumen enim non solum visibile est, sed illu-
 I 3 minat

Imagines & similitudines Ecclesiae Catholicae ex Cypriano.

Quomodo Ecclesia Catholica comparatur in Cant. Cant. cū aurora, Luna, & Sole.

Quomodo
Ecclesia in-
uisibilis nō
possit esse
sponsa Chri-
sti, quæ in
Cant. Cant.
laudatur,
quia nō po-
test esse in-
stat aurora,
Luz & So-
lis.

Quomodo
ecclesia Mo-
saica utilior
esset Iudeis,
quā sit Pro-
testantibus
ecclesia in-
uisibilis ele-
ctorū, quam
eius mini-
stri & docto-
res eorū pro-
ponunt.
Quare Lu-
therani lu-
men non
habeant, &
cæci sint.

Quomodo
Antonius
ad retorquen-
dum argu-
mentum,
ut dicit, fal-
sum sumit,
& non con-
cludit.

minat ad videndum alia; non est igitur sponsa Christi, quæ in Cant.
eis Cant. laudatur, si non progreditur tanquam aurora; nec ut Lu-
na, nec ut sol; sed obscura est, & inaspectabilis. quomodo igitur illu-
minabit nos? cōmodior erat ecclesia Mosaica, quā apud vos Ecclesia
ista vestra inuisibilis electorū, quam facitis; siquidem illa tanquā lu-
cerna in caliginoso loco illuminabat, donec Lucifer oriretur: instar
enim eiusmodi lucernæ erant lex & prophetia, sicut B. Petrus nos
docuit; at Ecclesia inuisibilis, quā datis, cū inuisibilis sit, nō potest cer-
ni lucere. Ex quo fit, ut inuisibilis vobis sit in hac parte: & ut semel
dicam, idē lumen non habetis, & cæci estis, quia Ecclesiā catholicā
visibilem neq; videre, nec audire, nec ei adherere vultis. Sed per se qua
mur, quæ sequuntur, quia. n. in meo libro, sic probauerā caput Eccle-
siæ catholice visibilem visibilem esse, ut mihi viderentur, qui contradi-
cunt, fractos esse & ad ἀπὸνίαν cōpulsos, subiūgit Antonius, ad pro-
bandū non ita esse, at enim, ut videas, nondum nos esse ad
ἀπὸνίαν redactos, ita hoc tuū argumentū in tuū caput re-
torquemus, si Pontifex Rom, cū sit visibilis, non potest es-
se caput inuisibilis ecclesiæ, ut caput corpori respōdeat; Ec-
clesia aut catholica est inuisibilis, ut ante demonstratum
est, sequitur, Pontificē Rom. nō posse esse caput ecclesiæ
catholice. Ad ἀπὸνίαν Antoni, cōpellitur is, cui nihil relinquitur
quod cū ratione respondere possit contradicenti. Quod tibi accidit,
qui ad respondendū falsum sumis, non semel, sed bis, quia nihil verū
sumere potuisti, ad ἀπὸνίαν igitur cōpulsus es. Aiebā ego, quod tu et-
iam recitasti, cū Ecclesia catholica visibilis esset. necesse esse, ut ca-
put itē visibile haberet, hoc te in meum caput retorquere dicis; cum
in tuum retorqueas; siquidem ad retorquendum falsum sumis. Su-
mis enim, Ecclesiam Catholicam esse inuisibilem, quod ego falsum es-
se tum ex illis ipsis locis Pauli, quibus te fretum esse dixisti, su-
pra cap. 2. & 3. copiosē probavi; tum pluribus alijs argumentis:
summis etiam, Pontificem Romanum, cum sit visibilis, non posse
esse caput inuisibilis Ecclesiæ, electorum scilicet, de hac enim lo-
queris; quod falsum etiam est. Ecclesia enim electorum secundum
communione[m] visibilem visibilium Sacramentorum, qua promiscue
cum

cum Ecclesia Catholica ex iustis & peccatoribus conflata commi-
 scetur, visibilis est, tam & si secundum electionem, quam solus
 Deus videt, ipse enim nouit, sicut Apostolus ad Timoth. scripsit,
 qui sunt sui, inuisibilis est. Itaque Ecclesia electorum, nec est sim-
 pliciter visibilis, quia qui sunt electi, non videmus; neque simplici-
 ter inuisibilis, quia eadem sacramenta visibilia participat, & ean-
 dem dispositionem suae formae Ecclesiae, quae visibilis est. Tota i-
 taque ratio tua, quam in me dicebas retorquere, falsa, & ἀσυνε-
 γας est, & in tuum caput retorquetur, quia fractum, & deuictū
 te esse satis demonstrat. Postremo, ut caput primum conclu-
 das, definis Ecclesiam, & οὐκ ἔστιν; eius esse dicis doctrinam
 pure traditam, & sacramentorum ex Dei verbo admini-
 strationem. Nec hic quid dicas intelligis. Posse enim esse, subla-
 to impedimento ignorantiae, puram doctrinam, & administrationem
 sacramentorum ex verbo Dei, est quidem substantiale Ecclesiae
 tanquam proprium eius; proprium enim non est in substantia
 alicuius, sed consequitur substantiam, ut tuus Arist. in 8. Topico-
 rum tradit. Itaque ubicunque est doctrina Euangelij pura, ibi Ec-
 clesiam esse necesse est: non tamen ubicunque ecclesia est, ibi continuo
 doctrina pura & legitimus usus sacramentorum est, sed esse potest,
 sublato impedimento, ut in ecclesia Corinthiorum & Galatarū eue-
 nit. Idcirco definitio ecclesiae, quae constat ex traditione pura doctri-
 nae, & administratione sacramentorum ex verbo Dei, non est definitio
 ecclesiae, quia non est aequalis definito, cum ecclesia esse possit, in qua
 haec non sint per ignorantiam, ut paulo ante dixi de ecclesia Corinthio-
 rum, in qua mysterium resurrectionis ignorabatur; & in ecclesia Ga-
 latarum, in qua lex vetus adhuc cum Euangelio retinebatur, tamē
 erant ecclesiae, & eas tanquam ecclesias salutat Apost. Adde etiā
 hoc, quod doctrina pura in Ecclesijs Protestantium non potest esse,
 quia pura doctrina continet in se unionem cum exordio unitatis fi-
 dei & Ecclesiae, quod exordium est successor beati Petri, super cu-
 ius fidem aedificauit Dominus Ecclesiam suam. In eo etiam erras,
 quod putas me Ecclesiam definisse per causam instrumentalem:
 cum potius definerim per propriam differentiam, quae dat τὸ εἶναι,
 Ecclesiae

Quomodo
 & quatenus
 ecclesia in-
 uisibilis ele-
 ctorum sit
 visibilis, &
 caput habes
 visibile.

Quomodo
 definitio ec-
 clesiae, quā
 attulit An-
 tonius, non
 possit esse
 definitio ec-
 clesiae.

Quomodo
 falsum sit,
 quod Anto-
 nius dixit,
 ecclesiam
 esse defini-
 tam per cau-
 sam instru-
 mentalem.

Ecclesie noui testamenti tanquam forma, quæ est dispositio, quæ Christus Ecclesiam nouam disposuit & informauit, in qua dispositione continentur Episcopi, quos Deus in ecclesia posuit. Hactenus de responsione tua sophisticâ, ad meum argumentum. Quo fractus es, & ad æquiuocum compulsus; quia nihil ad refellendum sumere potuisti, licet omnia tentaueris; nihil inquam, præter diuerticula, & flexiones & mendacia, ac fallacias tortuosas, & absurdas reperire potuisti, nec unquam reperies, nisi quibus te ipse magis, ac magis redarguas; & imperitiam tuam prodas, obstinationem confirmes; cæcitatem augeas; si modo magis cæcus esse potes. Pergamus ad secundum locum Matthæi 16.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

SOPHISMA TURRIANI. CAPVT VIII.

De tertio loco, Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. quomodo falsæ sint tres rationes, quibus conatur Antonius probare, illud, super hanc petram, ædificabo Ecclesiam, non ad Petrum referri, sed ad filiû Dei, quem Petrus cõfessus fuit. Et quomodo necessarium sit secundum consequentiam verborum scripturæ sanctæ, & doctrinam Ecclesiæ catholicæ ad Petrum pertinere; & de duplici fundamento ecclesiæ, secundum scripturam Pauli; & quomodo Antonius ignoret, quid sit ædificasse ecclesiam super Petrum, & quam utile, & necessarium fuerit, & quam ditinè à Deo promissum. Et quomodo Petrus esset os omnium Apostolorum, & de ascensu Pauli Hierosolymam ad videndum Petrum, & iterum ad conferendum Euangelium, & de antiqua consuetudine Patriarcharum in conferenda confessione fidei suæ cû Pontifice Romano ad exemplum Pauli. & de ordinationibus episcoporum olim peti solitis in ecclesijs Orientis à Pontifice Rom. & quomodo ecclesiam ædificatam esse super Petrum necessariam conuenientiam cum fide habeat.

» **S**uper Petrum sic à petra translâtè dictum propter
 » firmitatem fidei eius, & propter auctoritatem fir-
 » madi in ipsa illa fide fratres, Luc. 22. Christus pro-
 » mittit